## De constructione sancti leonhardi et prepositure in Stingen

rixas et contenciones se invenire et mul
to servitio regum premi. intantum ut ecclesia
tantis debitis premeretur quod eciam circa tempora
mortis sue in debito permansisset si quorundam
fidelium huius ecclesie morte absoluta non
fuisset. Mortuus enim est quidam advocatus
huius ecclesie vdalricus nomine de gamertingen
ac filius eius adhuc puer eodem iure mortis
rapitur. et ab abbate iam dicto comes rud
olfus de pfullendorf datis trecentis marcis
argenti illi substituitur. Abbas vero circa
tempora senectutis sue mores suos meliora
vit. fratres dilexit. in bonis operibus studiosus
intantum extitit. ut beati leonhardi ecclesiam
construeret. et ipsam bene dotaret. Ecclesiam
Stingen eciam beato gallo per industriam suam
a quibusdam liberis hominibus acquisivit. et illic
cenobium clericorum et sanctimonialium constru
xit. Sed quia insolencie ministerialium resistere
se studuit. plura ex ipsorum impedimento
que ad claustri sui utilitatem spectare posset
preter misit. Mortuus est autem anno xxxviii
regiminis sui et sepultus est ante ianuam
sancti galli ad caput predecessoris sui mane

c. 10. goldi//

## De vdalrico abbate huius nominis quarto natione de teger feld

Post hunc ecclesie sancti galli regimina
suscepit vdalricus suus prepositus
ab omnibus fratribus deo gratias in abbatem promotus.
Hic quia fuit plurimilitatis virtute ad tale
culmen deductus. illam semper tenuit et numquam
per superbiam maculavit. Huius itaque mores
et actus circa sibi iniunctum ministerium
cum describere cupiam nil aliud quam mode
stiam pietatem et misericordiam mansuetudinem
et humilitatem circa ipsum vigere no
tavi. elemosinarum vero largitorem exi
mium et ecclesie sue providum dispensatorem
fuisse oculis propriis conspexi et experi
mento cognovi. Hic siquidem quia quietus
et utilis semper esse voluit. severus tamen et
irremissus. permisit eum dominus tranquillam
et quietam vitam ducere. tutavitque eum
ab inimicis suis. et in omni prosperitate et ho
nore usque ad terminum vite sue ipsum
perduxit. Cum esset in huius cenobii regi
mine tribus annis et paulo plus. hone
state sua et meritis suis et honesta
fama exigentibus in episcopatu curiense
promotus est. Quem cum octo annis pro electo
tantum tenuisset. in concilio alexandri
pape optione accepta quam harum dig
nitatum vellet accipere. quia ambabus
secundum canones preesse non potuit. abba
tiam ex devocione elegit. episcopatum vero
quantumvis elatorum vicium declinaret. in presencia
tocius concilii refutavit. Ad claustrum
igitur reversus. res alienatas ab antecessoribus
suis studuit recolligere. villicatus vel
emendo vel vacando reservare. prebendam
fratrum augere. in probus diligenter. Ad exteriores
eciam opera misericordie extendens. orphanis
pupillis et viduis. elemosinarum lar
gicione subveniebat. pauperculas cell
ulas in edificiis sustentabat. Fratres et
sanctimoniales inibi degentes vestiebat.
et vix claustrum sibi vicinum habuit
ad quod calicem argenteum non exhibuit.
Erat autem in temporalibus sic providus ut
ex quadam industria ruinam ecclesie sicut
vivens ita eciam moriens. sive abbaciam
relinquens sustentaret. Cum enim se locuplex
esset et voluntatem resignandi abbaciam
animo gessisset. timuit ne id quod ipse ecclesie
utilitatis contulerat. aliquis sibi substitutus
diriperet. Magnam partem rerum suarum
apud quosdam fratres posuit. quatinus si
hoc quod timebat accideret ipsi postmodum ecclesie
subvenirent. Quod et factum est. Nam cum
abbaciam triginta tribus annis rexisset.
et paulo post plenus dierum. et propter hoc
ecclesie inutilis prelatorum suam resignavit

## De vdalrico abbate huius nominis quinto natione de Seringen c. 11.

Eius prepositus suus vdalricus de ver
ingen substituitur. Qui cum in mea
fitcoris domini ecclesie huic in abbate consti
tutus fuisset. quadraginta novem ebdoma
dibus tantum supervixit. in quibus curias
tres eligowe huntwilare et rumas
horn et calicem aureum ac alias possessi
ones per centum nonaginta marcis et
centum libris denariorum invadiavit.
vel eciam infeodavit. Speciale eciam debitum
et sine pignore lxx libras ecclesie
reliquit. Hic itaque cum in mea dei positus
esset. ipso placato et miserante. ab illo
a quo in mea positus est. ab ipso eciam in mea

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. 216v – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/fr/vad/0070/216v)